



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 148. Appelatio contra Pragmaticæ Sanctioctionis abrogationem ad
Concilium interposita a Procuratore Generali Parisiensis Parlamenti

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A. C. 1460.

§. CXLVIII.

Parisiensis Parlamenti Procurator Generalis ad Concilium provocat ob interdictam sanctionem Pragmaticam.

Cum summus Pontifex in suo responso ad Legatos Franciæ contra Sanctionem pragmaticam vehementius declamasset, & mala, quæ inde Sedi Apostolicæ imminerent, pluribus exaggerasset, Academia Parisiensis rem ægerrime tulit; unde Dauvetus Procurator Generalis comperto Pii II. sermone, qui nonnisi ad Ecclesiam Gallicanam ab universalis Ecclesiæ corpore segregandam collimare credebatur, hoc anno adversus omnia, quæ Pontifex assererat, acriter obstrepbat, atque ad futurum Concilium Generale provocabat, insuperhabita Pii II. lege paulo ante edita, qua a sententia Pontificis ad Concilium appellare interdicebatur. Ipsa hujus solemnis, quæ jussu Caroli VII. Regis facta fuit, provocationis verba exhibemus: „Cum Papa, cui „ potestas data est in ædificationem, non „ in destructionem, tranquillitatem Regis „ mei evertere, ac Regni sui Clerum, i- „ psoque sæculares eidem subditos ve- „ xare

„ xare conetur, Ego Joannes Dauvetus saecul. XV.
 „ Regius Procurator Generalis, ac specia- A.C. 1460.
 „ liter Regis nomine deputatus prote-
 „ stor per Notarios, qui tales sententias,
 „ vel censuras nullas esse testantur, juxta
 „ sacrorum Canonum decreta, quibus
 „ ejusmodi sententiæ & censuræ, a Pa-
 „ storibus, atque Judicibus emanatæ
 „ pluribus in casibus irritæ declarantur;
 „ nihilominus omnia sint subjecta judi-
 „ cio universalis Concilii, ad quod Rex
 „ Christianissimus recurrendi facultatem
 „ habere contendit, & per me appellat. „
 Hæc provocatio eo acerbius Pontificis
 animum afflixit, quo, ut mox diximus, a
 Procuratore Generali interposita esset eo
 tempore, quo admodum recens erat Bul-
 la, per quam ejusmodi appellationes pro-
 hibebantur.

§. CXLIX.

*Dissidia Cardinalis Cusani cum Si-
 gismundo Austriæ Duce.*

Acerbiore adhuc vulnere sauciavit Pon-
 tificis animum Sigismundus Austriæ
 Dux, qui Mantuano Conventui intererat.
 Hic enim cum Nicolao Cusano Cardi-
 nale S. Petri ad vincula graves dudum
 simultates fovebat ob feuda, & Jurisdi-
 ctionem